



Consilia Seu Responsa Juris

Schmalzgrueber, Franz

Augusta Vindelicorum & Ratisbonae, MDCCXL

Cons. VIII. Sepulturæ. Deciditur Beneficiatum esse sepeliendum in Ecclesia
Beneficii, etiamsi Domicilium habuerit in alia Parochia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72304](#)

existant. 3. clausura ista, & probatio approbationis non debet esse strictissima; nam & in Ecclesia Collegii nostri Romani Oficio, & Missa veneramur reliquias SS. Martyrum Amiterni, licet, ut num. 11. relatum est, occasione consecrationis ejusdem templi exdem reliquiæ non fuerint inventæ clausæ, nec repertæ de iis authentiæ literæ.

20. Censeo autem, novam approbationem nec necessariam esse, nec expedire, ut ea petatur. Necessaria non est; quia eam aliquando rite fuisse factam possellio temporis immemorialis concludenter probat; consultum autem non est eam petere, ne

videantur Religiosi causæ suæ diffidere, quam tamen satis munit ipsa immemorialitas cultus. Sufficiet ergo, si reliquia istæ sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ claudantur, ut alias moris est: imo hæc ipsa clausura habebit vim novæ approbationis, quippe quam indulgere Prælati non debent, nisi veris reliquiis. Poterunt igitur Religiosi Ecclesiæ illius, si diuturnitas cultus istius per juramentum duorum saltem testium sufficienter probetur, & nemo circa has reliquias dubium prudens moveat, continuare in cultu, hactenus Sanctis istis impenso.

CONSILIO VIII.

In dubio juris sepulturæ & funeralium.

SUMMARIUM.

1. *seqq. Facti species.*
2. *Rationes dubitandi.*
6. *Beneficiatus sepeliendus est in Parochia beneficij sui:*
7. 8. *Etiam si habitaverit in alia Parochia,*
9. *Beneficiatus verè est Parochianus Ecclesie, ubi habet beneficium.*
10. 11. *Vicaria in se perpetua, licet Vicarius quivis sit ad nutum amovibilis, habet rationem beneficij simpliciter talis.*
12. *Servitium praestitum Ecclesia ad tempus dun-*

- taxat, non facit, ut quis sit de corpore illius Ecclesie.*
13. *Domicilium proprium in sensu juris beneficij sibi habet, ubi residere tenetur.*
14. *In ordine ad sepulturam non attenditur locus, ubi quis Sacramenta percepit in articulo mortis, sed ubi percipere solebat in vivis.*
15. *Portio Canonica debetur Ecclesia, ubi quis fuisset sepeliendus.*
16. *Ecclesia, in qua quis habet beneficium simpliciter tale, habet juseum sepeliendi.*

FACTI SPECIES.

I.



Itius Vicarius Parochialis in Ecclesia Collegiata A, loco venerabilis Capituli dictæ Ecclesie hastenus exercuit omnes actus Parochiales: non est investitus, sed ad nutum amovibilis: & domicilium habet in aliena Parochia, B. nimirum. Cum nuperim ad mortem usque ægrotasset, sacram Viatum, & Extremam Unctionem recepit à Parocho Ecclesie B. & paulò post in Domino obiit. Utraque Parochia est in eadem urbe. Hac facti specie posita,

S. Rotæ, quâ Parochianus S. Dominici, non obstante, quod ex deputatione Episcopi servierit Ecclesiæ S. Jacobi, post mortem pro sepultura adjudicatus est Ecclesiæ S. Dominici.

2. Qui, sepulturâ non electâ, decadunt, de jure tumulandi sunt in Parochia, in qua domicilium habent.

c. nos instituta 1. de sepultur. &c. animarum 1. eod. in 6.

Titius autem in casu præsenti domicilium habuit non in districtu Parochiali Ecclesiæ Collegiatæ A. sed in Parochiali B. ergo in hac, & non in illa est tumulandus: quæ sequela eò magis videtur concludere, quia

3. Ab hujus posterioris Parocho sacram Viatum, & Extremam Unctionem recepit; nam juxta citt. textus ibi sepeliendus defunctus est, ubi ille Sacra menta, aliisque Divina percepit.

4. Qui sine sepultura, à se, vel Majoribus suis electâ, decadunt, sepeliri debent in illa Parochia, cui debetur portio Canonica in casu, quo ob electam à se, vel Majoribus suis sepulturam sepeliendus fuisset alibi: atqui, si Titius sepulturam elegisset alibi, portio Canonica debita fuisset Parochiæ habitationis, in qua deceperit (R 3)

3.

4.

2.
Rationes dubitandi.

OB quas videtur tumulandus in Ecclesia B. sunt sequentes. 1. ob decisionem

CONSILII VIII SEPULTURÆ.

sit; nam hæc de jure debetur illi Ecclesiæ,
ex qua defuncti corpus assumitur.

c. certificari 9. & c. seq. de sepultur.

ergo. Accedit, quia

5. Idem Titius in vicariatu hoc suo non
fuit institutus, sed ab eo ad nutum amo-
vibilis: consequenter non censetur habui-
se beneficium propriè dictum. Atqui, ut
testa

Reiffenstuel ad lib. 3. decretal. tit. 28.
num. 13.

unanimis DD. habet, clericus, beneficium
non habens, ibi sepeliri debet, ubi laici,
nempe in sepulturâ sibi electâ, vel in se-
pulturâ majorum, si talem habeat, vel de-
nique in parochiali sua Ecclesiâ, nempe il-
lâ, ubi domicilium perpetuum habet. Er-
go &c.

6. Rationes
decidendi.

6. DICENDUM, jus sepeliendi Titium,
& funeralia pro ipso persolvendi pertine-
re ad Ecclesiam collegiatam A. idque ob-
regulam communem, & generalem pas-
sim receptam, juxta quam per ea, quæ cum
communi docent

Sylv. V. sepultura. q. 8. dict. 6. Fran-
ches de Eccles. Cathedr. c. 17. n. 18.
Donat. tom. 3. Prax. regul. tract. 9. q.
26. n. 1. Matthæucc. offic. cur. Ecccl. c.
48. n. 9. & duob. seqq.

Beneficiatus, si sepulturam, à se, vel à ma-
joribus electam, non habeat, sepeliendus
est in Parochia, in qua beneficium obti-
nuit, stabilem residentiam, & servitium per-
sonale exigens. Ratio est, quia, ut sumi-
tur ex

c. dilectus 29. de rescript. & l. omnes 33.
in princ. C. de Episc. & Cleric.

& notant ad utrumque locum interpretes,
clericus beneficiatus domicilium proprium
ibi contrahit, ubi habet beneficium, stabi-
lem residentiam exigens.

Estque hoc verum, etiam si talis clericus
beneficiatus in alia, quam beneficij sui
parochia habitationem habeat, & in hac
decesserit; nam, seclusa speciali consuetu-
dine, pactis, & concordatis, inter Eccle-
sias initis, talis clericus beneficiatus adhuc
tali casu sepeliendus est in parochia, in qua
beneficium habuit, prout notat

P. Wiestner ad tit. de sepult. n. 41. &
seqq.

& stant pro hac responsione DD. omnes,
quatenus indiscriminatum docent, clericos
beneficiatos, si sepulturam, à se, vel ma-
joribus suis electam, non habeant, sepe-
liendos esse in parochiis, in quibus obti-
nuerunt beneficium stabilem resi-
dentialiam, & servitium personale.

8. Præter P. Wiestner doctrinam istam,
quod scilicet clerici beneficiati, tam simpli-
cices, quam curati, qui sepulturam majorum
non habent, nec aliquam specialiter
sibi elegerunt, sepeliri debeant in Ecclesia,
vel cœmitorio illius parochiæ, ubi benefi-
cium habent, & servitium personale cum

residentia exhibent, etiamsi in alienâ pa-
rochiâ constanter, & perpetuò habitent,
ibique moriantur, nominatim docent

Tusch. lit. P. Concl. 99. n. 5. Bursat.
conf. 226. n. 18. & 19. Bellet. disquis.
Cleric. p. 1. §. 3. n. 9. 10. 11. & 20.
Barbos. in c. de sepult. n. 4. Vallens.
dict. tit. n. 6. & ibid. Pirhing n. 9.
Sannig. n. 8. Reiffenst. n. 14. & com-
munis aliorum. Colligitur ex c. nos
instituta 1. tit. cit. & c. animarum 1. eod.
in 6.

juxta quæ fideles, qui sepulturam sibi non
elegerunt, & sepulturam majorum non ha-
bent, sepeliri debent, ubi pabulo cœlesti resi-
ci consueverunt, seu ubi officia consueverunt
audire Divina &c. atqui clerici beneficiati
ibi Divina audiunt, & Sacraenta percipi-
unt, ubi beneficium habentes servitium
cum residentia exhibent, prout certum est.
Ergo &c.

Ratio est, quia clericus beneficiatus ve-
rè ibidem parochianus est; si enim talis
non esset, non ibi, sed alibi Sacraenta
percipere, & Divina audire statutis à jure
temporibus deberet

arg. c. omnis utriusque sexus 12. de Pœnit.
& remiss. & Trid. sess. 14. can. 4.

Quod multò magis verum est de ipsis pa-
rochis, & Vicariis Parochialibus, prout
in præsenti casu fuit Titius; nam, si be-
neficiati non curati sepeliri debent in Ec-
clesia beneficij sui, quia Divina in paro-
chia illa percipiunt, multò magis parochi,
& vicarii parochiales, qui in tali Ecclesia
ex obligatione Divina parochianis distri-
buunt, & ideo residere in tali Ecclesia ob-
ligantur.

Neque obstat, quod in casu præsenti
Titius non fuerit Vicarius perpetuus, quip-
pe in hac sua parochiali vicaria non inven-
titus, sed ad nutum amovibilis; nam, hoc
non obstante, vicaria ista adhuc connumerari
potest inter beneficia simpliciter talia,
inter manualia scilicet, quibus ex DD.
consensu convenit definitio beneficij, quod
describitur, quod sit jus perpetuum percipi-
endi redditus ex bonis Ecclesiasticis prop-
ter aliquod servitium spirituale authorita-
te Ecclesiæ constitutum; licet enim talia
beneficia manualia non conferantur in ti-
tulum, & ideo non sint perpetua in ipso
beneficiato, quatenus collatori liberum est
illa auferre, tamen in se perpetua sunt,
quatenus collator illa non aliter auferre
potest, quam ut ablatum uni, tale benefi-
cium alteri conferat: quod sufficit ad ra-
tionem beneficii simpliciter talis, ut no-
tant

Azor p. 2. lib. 3. c. 26. q. 12. Less. lib.
2. de just. c. 34. n. 3. Laym. lib. 4. tract.
2. c. 1. n. 1. Vallens. de benef. lib. 1. tit.
1. n. 6. Palao tract. 13. D. 1. p. 1. n. 5.
Leuren. for. benef. p. 1. sect. 1. c. 1. q.
4. Illung tract. 5. D. 2. n. 173. Pir-
hing

hing ad tit. de Prab. n. 3. Schambog.
ibid. n. 3. Wiestner dicit. tit. n. 6. cum
aliis.

II. Cùm ergo vicaria hæc parochialis, de
qua in casu præsentí agitur rationem be
neficii manualis habeat, utpote quæ qui
dem ipsi Titio jus perpetuum nullum abla
derit, in se tamen perpetua sit, & ablata
uni pro arbitrio Ven. Capituli, ab eo tam
en, utpote à quo per seipsum administrati
ri non potest, necessariò conferri alteri de
beat, hæc vicaria rectè veniet nomine be
neficii simpliciter talis: consequenter tri
buit Titio jus domicilii in dicta collegia
ta Ecclesia, & ideo isti competit iis eundem
sepeliendi, & celebrandi pro illa sa
cra funebria. Elucebunt ista adhuc mag
is per responsiones ad argumenta in adver
sum opposita.

12. Ad 1. in dicta decisione Rotæ non agi
tur de clero, beneficium perpetuum ha
bente, (qualia beneficia juxta dicta sunt
etiam beneficia manualia modo ibidem ex
plicato) sed de clero servitore, seu ser
vitium temporale, ad nutum revocabile,
& quidem ita præstante, ut, si illi id aufer
ratur, non debeat istud necessariò confer
ri alteri: quale servitium præstant, qui
vicariam operam locant pro parocho ægrop
to, peregrè absente, vel alias impedito;
nam talis vicaria neque in se perpetua est,
sed, remoto impedimento parochi, omni
no cessat: proinde alia ratio est vicariæ
præsentis quæstionis, quæ in se saltem per
petua est, & ablata uni, alteri necessariò
conferri debet, ut suprà est dictum. Dis
paritas ergo inter casum Rotæ allatum, &
præsentem Titii est, quia servitium, quod
in priori casu Ecclesiæ S. Jacobi ex dep
utatione Episcopi parochianus S. Dominici
præstitit, nec fuit illi collatum in per
petuum, nec in se erat perpetuum, sed ad
tempus duntaxat: & ideo non potuit fa
cere, ut esset de corpore Ecclesiæ S. Jac
obi, prout requiritur, ut quis obtineat jus
sepulturæ in Ecclesia, cui infervit. Contrà
verò Titius, utpote vicarius parochialis
legitimè constitutus, consequenter sacerdos
proprius parochianorum Ecclesiæ Colle
giatæ A. per hoc ipsum, quamdiu vica
riam istam administravit, factus est de cor
pore dictæ Ecclesiæ & habuit verum, li
cet non stricte dictum, beneficium, ut
adè dicta Ecclesia collegiata merito præ
tendant jus illum sepeliendi, & persolven
di pro eo sacra funebria. Concordat ip
se Donatus, qui q. 26. cit. n. 6. decisionem
hanc S. Rotæ allegat; nam ibidem n. 1.
cit. ait: *Beneficiatus sepeliri debet in Ecclesia,*
ubi est beneficium, non verò, in qua habitat.
Imò hoc ipsum ille extendit etiam ad eum,
qui Ecclesiæ alicui ex deputatione Episco
pi servitium perpetuum præstat.

Ad 2. regula illa, quodd is, qui sepul
tura non electa, decedit, tumulandus sit

de jure in parochia, in quâ domicilium ha
bet, intelligenda est, si in tali loco statu
tis à jure temporibus Divina percipiatur.
Et hinc, quia clericus beneficiatus, habens
beneficium cum residentia, ibi percipit Sa
cramenta, ubi ratione beneficii talis resi
dere, & Divinum obsequium exhibere de
bet, pro eo tempore, quo beneficio tali
fungitur, alibi parochianus non erit, etiam
si ibi domicilium materiale, seu habitatio
nem habeat. Negatur ergo suppositum
hujus argumenti, quod scilicet clericus be
neficiatus, in alienâ Ecclesiâ perpetuò ha
bitans prout facile contingere potest in ur
bibus (habentibus plures intra se paro
chias) ibidem verum, ac proprium domi
ciliū in sensu juris ad propositum habe
re dicatur, cùm ratione beneficii domi
ciliū contrahat, ubi residere tenetur, ut
advertis

Bursat. conf. 226. n. 18. Vallensi. ad tit.
de sepult. l. 2. n. 6. Donat. n. 6. cit.
Reiffenst. ad tit. de sepult. n. 15.

Nam, sicut clericus beneficiatus ad residen
tiā adstrictus, in Ecclesia sua residere di
citur, si ibidem temporibus suis debitum
obsequium Divinum exhibeat, licet in lo
co alterius parochiæ habitet, ita etiam
domiciliū in sensu juris habet, ibique pa
rochianus esse dicitur, ubi residet, & Di
vina percipit, licet alibi, seu in alia parochia
habitet, cùm hoc ad præsens sit prorsus
per accidens. Quodsi hoc procedit de
aliis clericis beneficiatis, qui curam non
habent, sed solum obligantur ad residen
tiā, ut propterea sepeliri debeant in il
la parochia, cui servient, multò magis id
tenendum erit de eo, qui curam in tali pa
rochia, quamvis duntaxat per modum be
neficii manualis, administrat.

13. Ad 3. In ordine ad sepulturam SS. Ca
nones non attendunt locum, ubi quis in
articulo mortis SS. Sacramentis reficitur,
sed ubi in vivis cælesti pabulo consuevit re
fici, & reliqua Divina recipere.

c. nos instituta 1. de sepult. & c. cùm
quis 2. eod. in 6.

unde quia clericus beneficiatus in vivis
percipit, &, si curatus sit, aliis etiam di
stribuit Sacramenta in loco beneficii, ibi
dem etiam sepeliri debet, non obstante,
quod sacram viaticum, & extremam un
ctionem recipiat in parochia loci, ubi ha
bitat; quia hæc Sacramenta non recipit,
quasi dicti parochi parochianus esset, sed
quia parochus proprius fines, & territo
rium parochi, ubi habitat, intrare, ibi
que Divina, illo invito, administrare ne
quit.

arg. can. Ecclesiæ I. caus. 13. q. 1.

Exemplum habetur in c. is, qui 3. de sepule
in 6. ubi itatur, ut, si quis recreationis,
vel negotii causâ in villam, extra fines pa
rochiæ suæ sitam, se conferat, & ibi mori
tatur, non in Ecclesia dictæ villa, licet ibi
sacrum

C O N S I L I U M V I I . S E P U L T U R A E .

sacrum viaticum, & extremam unctionem
recepit, sed in sua parochiali - - sepeliri
debeat, dummodo absque periculo ad ipsam va-
leat deportari.

15.

Ad 4. Resolutio hujus argumenti patet
ex haec tenus dictis; nam portio canonica
tantum debetur illi Ecclesiaz, in qua defun-
ctus, si alibi elegit, vel obtinuit sepulturam,
sepeliri alioquin debuisset, sive dein
in illa parochia sit mortuus, sive in alia.

c. nos instituta 1. cit. & aliis pluribus tex-
tibus de sepulturam.

atqui ut haec tenus ostensum est, Titius non
debet sepeliri in Ecclesia B. ubi domicili-
um materiale habuit, sed in Collegiata
A. ubi vicarium parochiale egit, & cu-
ram pastoralem, licet manualiter tantum,
administravit, ergo &c. Inde, et si con-
cederetur, quod Titius in parochia B. ve-
rum habuisset domicilium, tamen, quia ad-
ministratione curæ parochialis in Ecclesia
Collegiata A. cumulavit domicilium cum
domicilio, & in hac ultima ipse sibi, &
subditis parochianis administravit, portio-
nem tamen Canonicam Ecclesie parochia-
lis B. ab eo, si sepultus fuisset vel in di-
cta collegiata, vel alibi in sepultura à se
electâ, non potuisset prætendere: idque
ex communiori sententia, quæ cum

Sylvest. V. Canonica Portio q. 14.
in casu, quo defunctus duo domicilia ha-
buit in duabus parochiis, si in una solùm
Sacra menta, aliisque Divina percepit, vel
in una quidem Sacra menta percepit, in al-
tera Divina audiit, vult, totam portionem
canonicam attribuendam illi Ecclesiaz, in
qua defunctus Sacra menta accepit; quod
colligitur ex

c. nos instituta, sapientia allegato,

ubi tertia pars jubetur dari illi Ecclesiaz, in
qua defunctus pabulo cœlesti refici consue-
vit: cui consonat

c. is, qui. cit. & Clem. dudum 2. de se-
pult.

Ex quo ducitur hoc argumentum: In illa
solùm Ecclesia sepeliri debet defunctus,
cui, si is alibi elegisset, vel à majoribus elec-
tam habuisset sepulturam, debita fuisset
portio canonica. Atqui, si Titius à se,
vel à majoribus electam habuisset sepulturam,
& in hac fuisset sepultus, sive deinde
dicatur habuisse domicilium in paro-
chia B. sive non, portio canonica non huic
fuisset debita, sed Ecclesiaz Collegiata A.,
in qua pariter domicilium habuit, & Di-
vina sibi, & aliis ex officio suo distribuit,
ergo etiam in hac sepeliri debet.

Ad 5. responsio habetur ex dictis num.

10. & 11. ubi ostensum est, quod licet in vi-
cariâ hac parochiali, quam gessit in Eccle-
sia Collegiata A. Titius non fuerit investi-
tus, sed ad nutum amovibilis, ille tamen
eam possederit, tanquam beneficium ma-
nuale cum annexa curâ, & ratione istius
cum annexo onere residentiæ, cuiusmodi
beneficia secundum ibi dicta, licet non
sint beneficia strictè talia, tamen ex DD.
communi consenuit beneficiorum numero
simpliciter adscribuntur, quia in se perpe-
tua sunt, licet perpetuum jus beneficiato
non tribuant, sed iste ad nutum revocari
possit. Habuit ergo Titius in dicta Eccle-
sia collegiata domicilium, vi cuius eadem
Ecclesia, contingente illius morte, dum ad-
ministrationem vicariæ temporalis gessit,
potuit meritissimo jure prætendere jus il-
lum sepeliendi, & sacra funebria pro co-
dem peragendi.

16.

C O N S I L I U M I X .

In Causa Communionis Paschalis omislae.

S U M M A R I U M .

1. Facti species.
2. Confessarius potest prorogare tempus pascha-
lis communionis.
3. seqq. opinio eorum, qui putant, communio-
nem in paschate neglectam non debere supple-
ri alio tempore.
4. Opposita sententia est tenenda.
5. In præcepto communicandi principale est com-
munio, accessoriū est tempus paschale.
6. Obligatus ad aliquid faciendum certo die,
transacto hoc die non liberatur ab obligatio-
ne.
7. Usus & consuetudo Ecclesia est, ut, qui
communionem paschalem non peregerunt, cogan-
- tur eam supplere alio tempore.
10. Omittens communionem paschalem ubi ex-
communicatio est imposta, non potest absol-
vi ab excommunicatione, nisi velit communi-
onem peragere.
11. Negligentes communionem paschalem, non
sunt interdicti ipso jure, sed ab ordinario ar-
cendi ab ingressu Ecclesia.
12. Hinc etiam non privantur Ecclesiastica se-
pulturæ, nisi declarati fuerint incurrisse in pa-
nam interdicti.
13. 14. Alias ponas potest imponere Episcopus.
15. 16. Parochus ejusmodi negligentes debet
monere, & denique deferre ad Episcopum.
Facti